Introitus. Dominus fortitudo plebis sue et protector
salutarium christi sui est. salvum fac populum tuum
domine et benedic hereditati tue et rege eos
usque in seculum. Ps. Ad te domine clamabo.

Deus virtutum cuius est totum quod
est optimum. insere pectori-
bus nostris amorem tui nominis. et
presta in nobis religionis augmen-
tum. ut que sunt bona nutri-
as. ac pietatis studio que sunt
[illegible] custodias. Per. Lectio epistole
beati pauli apostoli ad romanos.

Fratres. Debitores sumus non car-
ni. ut secundum carnem vi-
vamus. Si enim secundum car-
nem vixeritis moriemini. si autem
spiritu facta carnis mortifica-

[…]s. adtribue quaesumus. ut eorum
et mundemur affectu. et
muniamur auxilio. Per.

Suscepimus deus misericordiam tuam. Dominica VII.

Deus cuius providentia in sui
dispositione non fallitur. te
supplices exoramus. ut no-
xia cuncta submoveas.
et omnia nobis profutura con-
cedas. Per. Lectio epistole beati pauli apostoli
ad corinthios.

Fratres. Non simus
concupiscentes malorum.
sicut et illi concupierunt.
Neque ydolatre efficia-
mini. sicut quidam ex ipsis. que-
madmodum scriptum est. Se-
dit populus manducare